Iacobus Castelmurius D. Theophilo Madero. S.P.D.

Sicut diebus superioribus tecum alloquutus sum, Vir humanissime, mitto tibi non solum theses medicas D. Erasti, pię memorię, & eius philosophiae scripta, sed etiam multa alia theologica germanicę composita, ut illa videas, examines, & quę digna prelo existimaveris sepones, & in ordine dijeras, ut ad proximas nundinas praesto habeantur excudenda. Cupio etiam ut mihi ~~interim~~ intra harum nundinarum tempus significes quid germanica scripta contineant, & quae sint benedijcta ut impressioni patiantur. Ideo si hoc in gratiam Erasti & meam fideliter, ut non dubito, praestaveris, ut liberalissime promissis es, me deinceps reddes, nec invenies ingratum. Itaque rogo Dominationem tuam ut hoc mihi diligenter efficere, & si opus fuerit nonnulla rescribere, egoptoluam quid quid tu scripseris dabis. Iterum te scire volo, ut me semper invenies paratum ad id omne exequendum quod potero. Ergo in Christo bene vale cum dilectissima uxore & liberis, & inter tuos intimos amicos me connumera. Francofurti ad Męnum VIII. Septembris 1590.

A Monsieur

Monsr. le Baron

de Hoensax.

A Mosbach.

Clariss.mo viro D. Theophilo

Madero Domino meo obsev.

Heidelbergam.